

5044 [M'. Acilio Glabrione, M. Ul]pio Traiano cos.¹, III k. Maias | [piaculum factum in luco deae Diae per calatorem et publicos ob ferrum in]latum² ut acta insculperentur magisteri P. Sallusti Blaesi II. | [Isdem cos. piaculum factum in luco deae Diae per ca]latorem et publicos ob ferrum elatum².

Ex tabula marmorea rep. a. 1868 in vinea Ceccarelliorum (VI 2067 v. 63 seq.; Henzen act. Arv. p. CXXVIII). — 1) A. 91. — 2) Cf. N. 5045.

5045 Prisco¹ cos. III idus Sept., mag.² C. Iuli | [Sila]ni in luco deae Diae, quod ramus ex arbore ilicina ob | [v]etustatem deciderit, piaculum factum est per calatorem et | [p]ublicos.

Ex eadem tabula actorum anni 87 ex qua supra N. 5034 (VI 2065 b v. 54 seq.; Henzen act. Arv. p. CXX). — 1) Consul suff. a. 87 praeterea ignotus. — 2) Magisterio.

5046 Isdem c[os.]¹ . . . | in aedem Conco[r]diae fratres Aruales con-
venerunt | ibique referen[te M. Valerio Trebicio Deciano mag. ad] | collegas de arbor[ibus lauribus in luco deae Diae, quod] | a tempestatibus per[ustae essent, placuit piaculo fac]to caedi. Aduerunt in co[llegio M. Valerius Trebicius De]icianus, Q. Fulvius Gillo [Bittius Proculus², Ti. Iulius] | Candidus Marius Celsus, Ti. [Iulius Candidus, P. Metilius] | Sabinus Nepos.

Isdem cos. k . . . | in luco deae Diae piaculum factum [ob arbores lau]rus caedendas, quod tempestatibus perusta[e erant], | porcis et agnis, struib[us] fertisque per M. Valeri[um] | Trebicium Decianu[m] mag., mini-
strantibus public[is].

Ex tabula quae continebat acta anni 105, reperta in vinea Ceccarelliorum a. 1867—1870 (VI 2075 a v. 28 seq.; Henzen act. p. CXLVI). — 1) Significantur consules a. 105, quorum nomina praecedunt. — 2) Cf. supra N. 5034 not. 2.

5047 L. Tutilio Pontiano Gentiano cos.¹ VI id. Februar., | in luco deae Diae Q. Licinius Nepos mag. operis inchiuandi causa, quod | in fastigio aedis deae Diae ficus innata esset, eruendam et aedem reficiendam, immolavit suovetaurilibus maioribus²; item ad aedem deae | Diae boves feminas II, Iano patri arietes II, Iovi berbece II altilaneos, || Marti arietes altilaneos II, Iunoni deae Diae oves II, sive deo sive deae oves II, | Virginibus divis³ oves II, Famulis divis³ verbece duos, Laribus verbece duos, | Matri Larum oves duas, sive deo sive deae⁴ in cuius tutela hic lucus locusve | est oves II, Fonti verbece II, Florae oves II, Vestae oves II, Vestae matri oves II; iten (sic) | Adolendae Conmolandae Deferundae oves II; item ante Caesareum divis n. XVI⁵ verbec. | immolavit n. XVI.

M. Herennio Secundo M. Egnatio Postumo cos. III id. Mai.¹, | in luco deae Diae Q. Licinius Nepos mag. operis perfecti causa, quod arboris | eruendae et aedis refectae, immolavit suovetaurilibus maioribus; item ad aedem deae Diae boves feminas II (deinde reliqua quae supra; in fine); item Adolendae Commolandae Deferundae oves II; item ante Caesareum divis n. XVI verbece immolavit XVI.